do non ſubeſt iuſta cauſa habilis:ſed ſi contractus non erat per-
fectus,non ſuberat cauſa:ergo &c.tamen Bulg. mutat propoſi-
tum,& bene:quia illud eſt verum quando non ſubeſt in re nec
in ſpe.* ſed ſi in ſpe* vt in contractu conditionali: licet condi-
tione pendente,non ſubſit in re,quia tamen ſubeſt in ſpe, tradi-
tio non dicitur nuda.& transfert dominium.vt eſt caſus in l.do-
tis fructus.in fi.de iur.do.ff.& ita hic.quia ſuberat in ſpe propter
conſenſum partium.licet eſſet ſuſpenſus in tempus ſcripturæ cõ
pletæ.quando autem contractus eſſet nullus, & à iure reproba
tus licet:ſubeſſet cauſa in re,quia tamen de facto,& non de iure,
non trãsfertur dominium ex tali contractu à iure reprobato:vt
l.non dubium.ſ.de legi.cum ibi not.per Cy.poſſeſsio verò quia
13 facti eſt,bene transfertur.vt in l.j.§.ſi vir.ff.de acquir.poſſeſ.† In
gloſ.ibi.[an cauſam vſuca.præſtet?]videtur quòd ſic per regulã:
quia vbi transfertur dominium, eo caſu quo tradens eſt domi-
nus,transfertur etiam vſucapiendi conditio:non vbi nõ erat do
minus:vt l.clauibus.ff.de contrahen.emptio.gloſſ. tamen ibi de-
terminat contrarium per l.j.& ij.ff.pro dote. & ſic fallit hic illa
æquiparatio. Tu dic quòd aut quæritur an transferatur vſuca-
piendi conditio ex illo titulo conditionali,cuius conditio adhuc

a ¶ Rogari. Adde in §. nos autẽ. in authẽ.de tabel.Bar.in auth. ſi quis in aliquo.in pe. col.C.de eden.glo.in ver. requiſitis.in cle. j.de iureiu.Et an i du bio notari⁹ pręſumit̃ eſſe rogatus.vide i l. quęcũq;.in §. fi.ff.de publiciana. Inn.Ant. de But.& Abb. in c. j.de fi.inſtr. Et à qb⁹ debet rogari notari⁹. vide per Io.An.in ad di.Spe.tit.de fi. inſtr. in §.poſtquã. ver.ſed nunquid in conficien do.Ant.de But.Abb. & Io.de Imo.i c. ſcri pta.de fi.inſtr.Io. an. in reg.ſemel mal⁹.de reg.iur.lib.vj.in mer cu.Bal.i auth.rogati. C.de teſt.Ang.in l.fi. in fi.ff.pro derelicto. & an debet rogari de cõmiſsiõe ſibi facta. vide per Hoſtiẽ. in c. quoniã cõtra falſam. de ꝓb.& ibi diffusẽ ꝑ Lãfrancũ in repe.

b ¶ Arrharum.An ſit differẽtia īter arrhas & pœnas. vide per Car.zab. in c.gẽma.i j.q.de ſponſa. & an i ſpiritualib⁹ valet in teruentio arrharũ. vi de per Sozi.conſi.iij. incip. Circa præſen- tem conſultationem in j.volu.

a ¶Scriptura. Quid de notario qui reduxit vltimã ſcripturã inſtrumẽti in imagine. vide per Pau. de caſ. cõſ. xxvj. ici. in Chriſti. & c. dubium facit.
b ¶Perditũ. Adde bar. in l. ij. C. de diſcu. lib. x. Bal. in rub. C. de fi de inſtru.
c ¶Cauſa criminalis. Adde doct. in c. ſuper qõnũ. e. tit. Archi. l. c. ſaluo. ix. q. iij. Card. zab. in c. ſententiam ſanguinis in j. op. ne cle. vel mona. Et an cauſæ criminales epiſcoporũ poſsint delegari. vide gl. in verb. apoſtolicę in c. inquiſitionẽ. de hære. li. vj. Bal. in c. decernimus. in vlt. col. de iu. Et an in cauſis criminalibꝰ defertur iuramẽtũ neceſſarium. vide gl. & doc. in ver. agatur. in l. iij. de iureiur. ff. & Bart. in l. maritus. ff. de qõni. gl. ſi. in regu. cũ ſunt partiũ. de re. iuris. li. vj. gl. in ver. famoſa. & ibi doct. in c. fin. de iureiu. & gl. in ver. prolatum. in c. tam literis. de teſtib. Hoſt. in ſumma ti. de iureiu. in §. vt ſu per ver. quid ſi criminaliter. Arc. in c. ſi qs presbyter. ij. q. v. bar. in l. ſi. ff. de in litẽ iu. Bar. i l. eũ qui. in §. in popularibus. in j. col. ff. de iureiu. Bal. in l. Iudices. in j. op. C. de iud. quãuis cõtrariũ & malè, tenet gloſ. in verbo cęteris cauſis. l. in bonæ fidei. C. de rebus creditis. & bal. in l. qui calumniatores. C. de calum.

pendet: & fateor ꝙ nõ transfertur. quoniã
ad vſucapiendũ nõ ſuffici quòd cauſa ſub‑
ſit in ſpe: ſed debet ſubeſſe in re: cùm tẽdat
in alterius præiudicium vſucapio, non ſic
in dominij translatione, cum tradẽs eſt do‑
minus: quia nulli alij nocet niſi ſibi. Sed ſi
quæritur an pendẽte conditione vſucapiat
titulo generali pro ſuo: dic quod ſic ſecũdũ
Pe. & Cy. & ſi vſucapione pendente ſuper
ueniat conditio, mutatur cauſa: & dicit acq
ri dominiũ ex tit. ſuperueniente. ar. in l. fun
do. ff. ad l. fal. quia ille titulus ſubeſt tempo
re quo perficitur vſucapio. In gl. penul. ibi.
[vel actionẽ ex eo contractu.] de hoc erat
dubium: quia illa actio debet dari ad obſer
uantiam cõtractus: & vt impleatur: ſed ille
qui repetit arrhas, non agit ad obſeruantiã:
ſed potius ad reſolutionem contractus. Sed
iſta opi. tollitur per l. quã gl. alleg. ff. de act.
emp. l. ex empto. §. is qui vina. vbi actio ex
eo contractu datur ad reſolutionem, nõ ad
obſeruationem: quia eſt bonæ fidei. & lar‑
gam habet naturã. vt l. fi. ff. de condi. ob tur
pem cauſam. Super iſto caſu vide quod no.
Bart. in l. ſi id quod aurum. ff. de ver. oblig.
aliàs. l. ſi cùm aurum. de ſol. & l. ij. de reſcin.
vendi. circa prin. qua act. agatur ad reſolu‑
tionẽ cõtractus. In eadem ibi. [Item ſi qs.]
In iſta q. Cy. in antiqua lec. tenuit opi. Bul.
vt poſsit agi ad intereſſe, quatenus excedat
pœnam arrharũ per l. prædia. ff. de act. em.
ſed in additione quam poſtea fecit, tenuit
primam opinionem Mar. & Azo. ꝙ agere
nõ poſsit: quia elegit viam extraordinariã.
& illa debet remanere cõtẽtus. vt ĩ legibus
allegatis in glo. nec ob. l. prædia. quia pœna
erat conuentionalis. & ſic eligendo pœnã
eligit viã ordinariam. hæc verò erat pœna
legalis. ſ. duplum arrharũ. Et ſi dicat pœna
legalis, cõcurrit cũ actiõe rei ꝑſequutoria.
vt ĩ l. ſi ꝓ fure. ff. de cõd. fur. ĩpe rñ. verũ eſſe
qñ eſt pœnalis ĩ principio: ſecus ſi ex poſtfa
cto. vt in l. metum. §. licet. ff. quod met. cau.
dic vt hic per eum. Die iij. Iunij. M. cccc‑
xxxix. & die præcedenti fuerunt conducti in ciuitate Paduę tres
captiui ducis Mediolani. quorum vnus vocabat Nicolaus guer
rerius filius domini Ottonis, alter Ioãnes Bõtrotus, & alter erat
nepos Riſmiri de triulcio. & fuerunt capti ab armata do. Vene‑
tiarum. & tũc temporis audiui dicere quòd Nicolaus Picininus
14 capitaneus eius erat caſtrametatus circa Veronã. Quæro, †quid
a ſi non reperitur niſi vltima ſcriptura [a] redacta in mundum, nõ
autem protocollum & imbreuiatura, ſeu ſcheda an faciat fidem
ſi pars aduerſa petit ꝙ aliæ producantur? iſte text. facit quod nõ,
quia videtur velle ꝙ omnes iſtæ ſcripturæ debeant confici. bal.
ſuper rubrica iſtius titu. in viij. col. videtur hoc tenere per hanc
legem. quãdo agitur ꝙ contractus fiat in ſcriptis: ſed ſi fuit actũ
duntaxat quod conficeret inſtrumentum. ſufficit ꝓducere inſtru
mentum publicatum: licet ꝓtocollum vel liber imbreuiaturarũ
non reperiatur. primum dictum non placet. nec iſte text. vrget
nam verum eſt quod ſi incipias à prima ſcriptura. ſ. protocollo,
vel imbreuiatura, illa non ſufficit. quia non eſt munda: ſed re‑
quiritur vltima, in qua negotium concluditur. ſed ſi incipis ab
illa, ſufficit. quia nihil aliud quæritur niſi quòd partes concluſe‑
rint, & habeant negotium ꝓ perfecto. & hoc in pluribus alijs
caſibus reperitur. quod glo. dicunt ſi incipis ab vno. requirit aliud
ſi incipis ab alio, illud ſufficit. Quid enim ſi ſcriptura ita fuit
concepta quòd nihil partes voluerunt addere vel minuere, ſed
ipſam ſubſcripſerunt, non video ad quid ſit opus alia ſcriptu
ra. Secundũ verò dictum procedit, niſi pars aduerſa velit re‑
darguere inſtrumentum de falſo ratione alicuius ſuſpicionis,
producitur protocollum: quia tunc præſtito iuramento per eum
quòd non petat malitioſè, debet protocollũ produci, aliàs inſtru
mentum non faceret fidem: niſi producens iuret protocollum
non reperiri, vel eſſe perditum. per l. ſi. j. eod. & ibi expreſsè hoc
15 tenet Bar. †Item quæro quid ſi nõ fuit actum inter partes de illa
qua ſcriptura fienda, & concluſerunt contractum, poſtea ex in‑
teruallo petit alter ad altero ꝙ conficiatur publicum inſtrumen‑
tum an poterit compelli? dic ꝙ ſic. ſ. ad faciliorem probationem:
quia teſtes poſſent mori. & hoc examina vt plenè no. Bart. in l. ſi
finita. §. eleganter. ff. de damno infec. facit. l. chirographis. de ad‑
mi. tut. & quod no. in l. ſi pupillus. ff. de noua. in glo. ij. vel iij. ſi
& debitor qui ſoluit, poteſt petere vt ſibi fiat inſtrumentum ſolu‑
tionis & liberatiõis. vt j. e. l. plures apochis. & plenè etiam no. in
16 d. §. eleganter. †Item quæro. quid ſi inſtrumentũ ſit perditũ, [b] an
b poſsit quis petere à notario ꝙ iterũ conficiat. & an notarius poſ‑
ſit ſine mandato & authoritate iudicis? videtur ꝙ non. vt l. ſi q
ex argentarijs. in ſi. ff. de eden. & de hoc dic vt no. per doc. in l. ſi
ff. de bo. autho. iudi. poſ. & Specu. in ti. de inſtru. edi. §. j.

2 ☞ *Cauſa criminalis poteſt tota alteri committi in caſu neceſsitatis, propter abſentiam iudicis.*
*Notario an poſsit committi delatio iuramenti fienda teſtibus, & examinatio articulorum ſine conſenſu partium?*
3 *Petenti remiſsionem ad alia loca pro examinandis teſtibus debet deferri iuramentum ſi non petit calumnioſè, nec cauſa differendi iudicium ſed credat poſſe per illos teſtes abſentes probare, uel per inſtrumentum, cuius copia petitur.*
4 *Quæ ſint partes iudicis commiſſarij in referendo iudici committenti?*
5 *Ille cui committitur examinatio teſtium in cauſa ciuili, quare non poſsit alteri delegare?*
6 *Quando fit remiſsio ad alium locum, pars contra quem fit, debet admoneri ut ad illum locum accedat ſi uult: & quis ſit effectus huius citationis?*

## LEX XVII.

1 IVdices. †In remiſsionibus quæ fiunt ad alia lo
ca pro examinãdis teſtibus ibidem, vel
pro extrahenda copia inſtrumẽtorum originaliũ, quæ
inde non poſſunt amoueri, debet Iudex alteram par‑
tem monere ꝙ ad illum locum accedat advidendum iurare teſtes,
vel ſumi copiam inſtrumenti: & ille iudex cui hoc committitur
poſtquam expleuerit commiſsionem, debet eam clauſam & ſi‑
gillatam remittere ad iudicẽ committentẽ. In cauſa tñ crimina‑
lis talis commiſsio pro recipiẽdis teſtibus nõ debet fieri: ſed iudex
cauſæ debet eos coram ſe facere venire, & per ſeipſum examina‑
re. hoc dicit cum auth. hic poſita. & iſtæ leges multũ practicantur
in romana curia. vbi fiunt iſtæ remiſsiones ad partes lõginquas
de quibus non eſſet conueniens adducere teſtes: nec poſſet fieri
ne à ſuis negotijs aduocentur. de qua materia vide in Specu. de
teſte. §. qualiter. ver, ſunt autem teſtes producendi. vbi Spec. po‑
nit formam literæ quæ debet dirigi per iudicem cauſæ ad exami‑
natorem extra curiam. & in §. nunc tractandum. ver. hoc autem
ſcias. & in §. j. ver. quid ſi aliquis. & in iſtis proſequitur hanc ma‑
teriam. Et licet hic diſtinguatur inter cauſas ciuiles & crimina‑
les: vt in primis poſsit fieri, in ſecundis non. doc. videntur aliam
diſtinctionem facere: quia etiam in ciuilibus dicũt quòd ſi eſſet
cauſa multũ ardua, nõ deberet facere: ſed teſtes ad ſe vocare. &
ſic in criminali: ſi eſſet parua: puta quia pœna eſſet pecuniaria
non magnæ quãtitatis, poſſet fieri totũ ergo relinquit iudicis ar‑
bitrio, qui poteſt vel ad ſe vocare. vt ſ. tit. j. l. ſi qñ. & l. qñ libet
quod declara vt ibi dixi. vel cõmittere iudici loci vbi ſunt teſtes
& hoc vt plurimũ practicat. & in ciuili etiã ardua poſſet hoc fie‑
ri qñ neceſsitas vrgeret: quia teſtes non eſſent de iuriſdictione: &
ſic nõ poſſet eos cõpellere corã ſe venire: ne veritas occultaretur
2 vel pereat. ſecundũ Nic. ma. & Bal. †nam & tota cauſa crimina‑
lis poſſet alteri cõmitti in caſu neceſsitatis, propter abſentiã iudi‑
cis. vt in l. j. §. j. ff. de offic. eius cui man. eſt iu. & de iure canonico
c etiam neceſsitate non imminente cauſa criminalis [c] põt delega‑
ri. vt in c. in archiepiſcopatu. de rapto. & fiet cõmiſsio iudici ordi‑
nario loci. vt in authen. apud eloquẽtiſsimũ. in prin. j. eo. & ei põt
committi totalis receptio. i. vt deferat iuramentum, & examinet.
ſed & alteri non exiſtenti in magiſtratu, puta notario. nõ poteſt
cõmitti delatio iuramenti fienda teſtibus, nec examinatio articu‑
lorũ: niſi de cõſenſu partiũ. ita videtur intelligendũ quod hic no.
Bar. & etiã cle. vnica. de offi. dele. quæ videt probare contra quod
indiſtinctè poſſet cõmitti. quod etiã ſentit hic Bald. Sed ego in‑
telligo vt dixit Bar. Poſtquã autem eſſet delatũ iuramentum per
iudicem, & examinati eſſent articuli, ſimplex examinatio in‑
ſtru‑

ſtium in facto cōſiſtens poſſet bene fieri à notario,etiā ſine con-
ſenſu partiū:licet vt plurimū partes cōcordēt in notario. facit l.
ſcire oportet.§.oportet.ff.de exc.tut.& vide pro cōcordātia tex.
in c.cōſtitutus.extra de fideiuſ.† In text.ibi:[ & hoc ſi iuſtè peti,
3 Iudex inuenerit &c.]debet ergo deferri iuramētū petēti talē re-
miſsionē,q nō petit calūnioſè,nec cā differendi iudiciū:ſed cre-
dat poſtea per teſtes illos abſentes probare,vel per inſtrm,cuius
copia petit:& hoc ꝓbare nō pōt:& hoc ne peat veritas.In tex.ibi:
[ſimilis proferat ſententia.] ſ.interloquutoria:quæ eſt qn̄ Iudex
decreuit cā prius cognita,vt fiat remiſsio.†In text.ibi: [poſtquā
4 in locis.]hic ponit quæ ſint partes iudicis cōmiſſarij in referēdo
iudici cōmittēti:quia poſtquā facit examinari teſtes, ſiue taliter
deponāt qd' fidē imponat inſtro,qd' allegabat ſuſpectū:ſiue nō,
dicta & atteſtationes eorū remittat ad iudicē cōmittente: intelli
ge ſ.clauſas & ſigillatas,& ſic non debet publicare : & ita eſt de
more fieri.debet ergo Iudex cauſæ expectare relationē, & inte-
rim nō ꝓcedere ad actū iudicialē:vt s.de dila.l.ſiue pars. In aut.
apud.in fi.No.teſtes poſſe torqueri prout iudici videt in crimi-
5 nali,ſicut in ciuili.† Itē q examinatio teſtiū in cauſa ciuili pōt cō
mitti:& vide ibi aut.ſi clerici.de iudi.& de offi.dele.c.ſup quæ-
ſtionū.§.quòd ſi delegatus.in gl.ſuper ver.alij delegare. Et adde
q ille cui cōmittitur examinatio teſtiū in ciuili, cùm videat ele-
cta induſtria perſonæ,nō pōt alteri delegare:quia in hoc non eſt
Iudex,ſed ſimplex executor facti:vt not.in d.cle.vnica.de offic.
6 dele.† Item not.ex l.iudices.q quando aliqua remiſsio fit ad aliū
locum,pars cōtra quē facit,debet admoneri vt ad illum locū ac-
cedat:intellige ſi vult:nō autem compellitur præcisè : & ad hoc
valorem negotij:nec poſsit dicere ſe non fuiſſe requiſitā:de qua
citatione vel requiſitione conditionali habetur per gloſſ.in l.ea
quidem.in vlt.gl.j.ſi mancipium ita fuerit alienatum: & tūc non
dicitur aduerſarius,niſi ſe opponat.Et aduerte:quia per hoc pa-
tet q etiam ſi non ſit ſubditus iudici, poteſt iſto modo requiri:&
ſic iudex eccleſiaſticus poteſt requirere laicum vt coram ſe cō-
pareat ſi vult:& q licet non poſsit ſibi mandare vt veniat, nolit
vel velit:cum non ſit ſibi ſubditus:& effectus primi eſt:qa ſi nec
comparet nec opponit,& ita excluditur ab oppoſitione ſicut ſi
fuiſſet admonitus per iudicem ſuum:vt no.Bal.in l.teſtamenta.
j.de teſta.& s.de teſti.aut.ſi quis.in pe.col.facit ad iſtum tex.l.ge
neraliter.§.his de præſentibus.s.de reb.cred.

*1 Quid ſit apocha: & quid antapocha? & nu. 5.*
*2 Debitor qui ſoluit an poſsit compellere creditorem ad reſtitutionem inſtrumenti debi-
ti,uel ad faciendum inſtrumentum de ſolutione? & nu. 5.*
*4 Notarius ſi eſt rogatus de ſolutione quam fecit mihi debitor meus:ſicut tenetur tradere
ſibi inſtrumentum,quia principaliter concernit eius fauorem,quare ita & mihi?*
*5 Quando creditor reddit debitori inſtrumentum cancellatum propter ſolutionem, po-
teſt petere quòd ſibi fiat inſtrumentum quòd illud quòd ſoluit debitor erat de-
bitum.*
*Emphyteuta ſi uelit ſoluere penſionem pro pluribus annis futuris,an teneatur dominus
talem ſolutionem recipere?*
*6 Teneris mihi ad annuam præſtationem,& ſtetiſti per annos.xxx.q. nihil ſoluiſti,an
præſcripſiſti pro præteritis præſtationibus,& etiam futuris?*
*7 Conductor contra locatorem quouſque tenet,tanquam conductor nunquam præſcribit
& quid ſi ceſſat ſoluere:an uideatur tenere ſuo nomine, & præſcribat? & nu-
mero 8.*
*8 Colonus,uel inquilinus,uel emphyteuta,ſoluit longo tempore penſionem, an dicatur
dominus contra eos præſcripſiſſe,ſi non poteſt aliter oſtendere conceſsionem uel lo-
cationem?*

## LEX XVIII.

1 PLures.†Creditor nō tenet tradere apochā debito-
ri ſibi ſoluēti de recepto:niſi debitor faciat
ſibi antapocham de debito ſoluto, vel tradat ſcripturā
apochę cū ſua ſubſcriptione:& eſt maximè neceſſariū
creditori poſſe ſolutionē in annuis præſtatiōibus,ne debito trāſ-
actio tpe ſufficiēti ad præſcriptionē poſsit præſcriptionē oppone
re quia per tales ſolutiōes cū videat debitū recognouiſſe pręſcri
bere nō potuit,ſi tn̄ creditor omiſit hæc facere,non ꝓpterea per-
didit ius ſuum,ſi alio modo poteſt de ſeipſo docere: hic duo dicit:
ſi Alber.q hodie parū practicat iſta l.in apochis & antapochis
quia cōficiuntur inſtr̄a publica manu notarij:& eſt hoc cautius:
quia ſemper reperit liber notarij:& poſſent de facili perdi : & in
2 vulgari vocant ſchedulæ:†ſed in iure vocatur apocha ſchedula
quā facit creditor debitori de debito recepto:& etiam illa quam
facit debitor creditori de debito:quia confitet ſe recepiſſe in mu-
tuum,vel depoſitū tantā quantitatē:& pro-
mittit eam reſtituere:ſed antapocha dicitur
illa quam facit debitor creditori de ſolu-
tione, quam ipſe debitor facit ad ſui libe-
rationē:& hoc fit ad ſecuritatē creditoris,vt
poſsit oſtendere qd' ſolutio illa fuit facta de
vero debito.& in ea debet contineri cauſa:
ne poſtea ipſe ſoluens agat condictione in-
debiti ꝓbando ſolutionē:& dicēdo ſe inde-
bitè ſoluiſſe.facit l.qui tabulas.cum ibi not.
ff.de furt.& etiā in annuis præſtationibus,
vt creditor poſsit oſtēdere recognitionem
debiti:& ſic q debitor nō poſsit præſcribe-
re lōgo tpe.de præſcri.xxx.an.l. cū notiſsi-
mi.§.ſed ſi qs.qd' faceret ſi negaret ſe vnquā ſoluiſſe,& creditor
nō poſſet ꝓbare ſolutionē:& ad hunc finē facta fuit iſta l.& vide
q habet in Spe.de inſtru.edi.§.poſtquā.ver.quid ſi debitor.& in
3 ver.ſeq.qui incipit quid ſi ſolui.x.† p̄mitte qd' debitor qui ſoluit
creditori,poteſt petere,& compelli facere creditorem reſtituere
inſtrumentum debiti per conditionem ſine cauſa,vel officio iu-
dicis:vt in l.diſſolutæ.s.de condictio.ex lege,poteſt etiam pete-
re:& compelli facere creditorem vt faciat ſibi ſchedulam de ſo-
lutione recepta,vel hodie inſtru.publi.quod eſt magis in vſu.vt
dixi:& hoc eſt ſecurius,vt dicit Specu.in præallega.quia ſi repe
riretur.inſtrumen.debiti penes debitorem,non propterea proba
ret ſe liberatum,ſi non oſtēderet quod creditor ſibi reſtituit, vel
* ſibi reſtitui fecit:* quia poſſet creditor dicere quod ſibi ſubtra-
* xit,vel ſibi ſubtrahi fecit:* intereſt ergo debitoris poſſe oſten-
dere ſe ſoluiſſe:contingebat autem quod ſi mutuaui tibi centum
ſub annuis vſuris, & tu retinuiſti per ann.xx. & quolibet anno
ſoluiſti vſuras : & ego feci ſchedulam tibi de recepto. tranſactis
annis xxx.dicebas te debitum pręſcripſiſſe,& ego allegabam te
non potuiſſe præſcribere:quia quolibet anno ſoluiſti vſuras, &
ſic debitum recognouiſti,tu negabas te vnquam ſoluiſſe,& etiā
habere ſchedulas prædictas de ſoluto. Et ſimiliter locabam
tibi prædium pro certa quantitate fructuum annuatim ſoluen-
da,& tu ſoluiſtis per annos triginta:poſtea negabas ſoluere : &
dicebas te nunquam ſoluiſſe ,& rē tenuiſſe tuo nomine,& præ-
ſcripſiſſe : & quia non poteram probare ſolutionem, nec etiam
locationem,ſuccumbebam:propter hoc prouidetur per hanc l.
vt non tenear tibi facere ſchedulā p̄dictā de recepto,nec poſsis
me ad hoc compellere:niſi facias aliam de ſoluto,vel copiam il-
lius tradas cum tua ſubſcriptione : vt ſic poſsim oſtendere
quod nomine meo tenuiſti præſtium,& præſcribere non potui-
ſti:vt in lege,malè agitur.infrà de præſcriptionibus xxx.anno.ſi
tamen non fui vſus ad cautelam, non præiudicatur mihi : quia
fuit inuenta mei fauore: vnde non debet in odium redundare.
quod eſt intelligendum. dummodo alio modo poſsim probare
ſolutionem prædictam,vel etiam locationem.Nam ſi illā proba
rem,etiam ſi nunquam mihi aliquid ſoluiſti,non potuiſſes præ-
ſcribere:quia ſemper videris retinuiſſe nomine meo,nō tuo:etiā
ſi contrarium geſsiſti in animo:quia ſolo animo nō potuiſti mu-
tare tibi cauſam poſſeſsionis.ſcilicet de nulla in aliquam:vt l.ne-
mo.j.de acqui.poſ.non ſuperueniente cauſa de nouo:aliàs ſecus.
puta ſi requiſiui vt ſolueres,& negaſti,quia extunc videris poſſ.
interuertiſſe,& me poſſeſsione ſpoliaſſe,& tuo nomine poſſediſ-
ſe:& tunc de iure ciuili potuiſſes longiſsimo tempore præſcri-
bere:non de iure canonico propter malam fidem:ſed ſi non poſ-
ſem probare ſolutionem, vel locationem, fieret mihi præiudi-
cium:non propter omiſſam cautelam : ſed propter defectū pro-
4 bationis,quæ mihi incumbit. †Et per iſtam l.dicit Bart.quòd
ſi notarius eſt rogatus de ſolutione quam fecit mihi debitor
meus,ſicut tenetur tradere ſibi inſtrumetum, quia principaliter
concernit eius fauorem:ita & mihi:quia cōcernit fauorem meū
5 ſecundariò : propter cauſas prædictas. †Item dicit per hanc l.
Bar.q qn̄ creditor reddit debitori inſtrumētum cancellatū pro-
pter ſolutionē,poteſt petere q ſibi fiat inſtrumentum q illud qd̄
ſoluit debitor erat debitum:ſicut qn̄ facit ſchedulam de recepto.
Item dicit Bar.hic probari id qd' s.dixi.qn̄ debitor ſoluit credito
ri,poteſt petere vt creditor ſibi faciat inſtr̄m, vel ſchedulam de
ſoluto.facit etiam iſte tex.vt ſi emphyteuta velit ſoluere penſio-
a nem pro pluribus annis futuris,non teneatur [a] dominus recipe-

a Teneat dn̄s. Adde Spec.in tit.de loca.§.nūc aliqua ver.xlij.& ver.ſeq.& ibi Io.An.in addi.Bar.in l.ſtatuliber.§.fin.ff.de ſtatuli.& in l.cū qui aliàs Iabolenus ff.de annuis leg.& Bal.in l.ſi qs argētū.col.iij.j.de do.Pet.de anch.& Imo.in c.potuit.d lo.& hāc cōem opi.Itellige & limita vt p Bar.in d.l.ſtatuli.ſ.alleg.Franc.Curt.

a ¶Longũ tẽpus. Ad- deq; dicatur tempus longum gl. in l. cũ de in rẽ verſo. ff. de vſu. Bald. in l. imperiũ. ff. de iur. om. iu. Hoſti. in c. pe. de cõſue. Ioã. de ana. in c. quærelã. in iij. colũ. de ſim. & quod dicitur multũ tẽpus, vide per doct. in l. Item ſi vnus. in §. j. ff. de arbit. & Bal. in c. plerunq;. in j. co. de reſcri.

re:qa ſua intereſt vt pro quolibet anno per ſe ſoluatur:vt appareat de cõtinua recognitione rei:aliàs poſt longiſsimũ tempus poſſet negari ſe ſoluiſſe. De hoc not. in l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de verbo. oblig. ſecundum Gui. de cug. In glo. ibi: [Alij, vt Bul.] Tu dic quòd illa quam fecit debitor creditori de debito, quia confitetur ſe debitorem, dicitur apocha. ſicut illa quàm fecit creditor debitori de debito recepto, & ſic duobus modis dicitur apocha. tene ergo quod ſuprà dixit gloſ. In fin. gloſ. ibi. [qđ non placet.] ſcilicet vt illa apocha quę reſtituiĩ creditori ſcripta à debitore, dicaĩ antapocha:qa iſta ponitur in tex. tãquam diuerſa ab antapocha: vt patet in tex. ibi. [vel exemplar cũ ſubſcriptione.] qui loquitur de prima, & poſtea ſequiĩ. vel antapocham ſuſcipere:& ſic illud exemplar nõ eſt apocha, ſed exẽplar apochæ:quod propter ſubſcriptionẽ debitoris habet vim antapochæ. In gloſ. quæ incipit.
6 [imo eſt perpetua.] ibi. [†Item no. hic.] Ad euidentiã huius debes ſcire q; ſi teneris mihi ad annuã pręſtationẽ, & ſtetiſti per annos xxx. q; nihil ſoluiſti. Si quæriĩ an præſcripſeris pro præteritis præſtationibus & etiam futuris:fuerunt opi. Vna fuit Mar. q; nõ præſcripſeris niſi vni præſtationi. ſ. illi qui debuit fieri iam ſunt anni. xxx. ſequentibus verò & etiam futuris nõ præſcripſeris, nam ad hoc vt præſcribas requiritur q; ceſſaueris per annos xxx. & hoc non poteſt dici niſi in illa præſtatione quę debuit fieri iam ſunt anni xxx. non in ſequentibus, in quibus nõ tranſiuit tm̃ tempus, ſed xxix. vel xxviij. & ſic de ſingulis. Alia fuit opi. Azo. & Bul. qui tenuerũt quod præſcripſeris pro omnibus pręteritis:quia ſublato initio obligationis cætera tolluntur:ſed ſi ceſſaſti per xxx. annos, ſublatum eſt initium: ergo &c. Et pro iſta parte facit l. eos. in prin. j. de vſur. & etiam iſte tex. ſecundum gl. quia hic cum non conſtaret de ſolutione vſurarum facta ſingulis annis allegabatur præſcriptio temporis adducens annuam præſtationem vſurarum. Tertia fuit opi. gloſ. vt diſtinguatur an tenebaris an annuam pręſtationem ex contractu & vera ſit opi. Azo. quia tunc vnica eſt obligatio pro omnibus annis. vt l. ſi ſtichum. §. ſtipulatio. de verbo. obli. in qua inſpicitur initium: quo ſublato ſequentia tolluntur:ſed ab initio iſtius obligationis tranſiuerunt anni xxx. ergo &c. facit quod habetur in l. eum qui. §. in popularibus. ff. de iureiur. Aut eras obligatus ex vltima volũtate, & tunc quia tot ſunt obligationes quot anni, & ſic quotidie renouantur:vera ſit opinio Mar. quia lapſis xxx. an. præſcriptũ eſt primæ: non ſequentibus à quibus non ſunt tot anni elapſi, vt hæc habentur in l. cùm notiſsimi. §. j. in glo. quæ incipit Martinus ſic exponit j. de præſcrip. xxx. ann. Breuiter opi. Mar. communiter tenetur per docto. vt etiam quando teneris ad annuam præſtationem ex contractu, licet vna ſit obligatio pro omnibus annis, non præſcripſeris niſi pro vna quæ debuit fieri iam ſunt anni xxx. non pro ſequentibus præteritis à quibus non ſunt tot anni elapſi, & multominus pro futuris: quia licet vnica ſit obligatio pro omnibus annis, tamen petere non poſſum niſi pro pręteritis:pro futuris verò non poſſum petere:& non valenti agere non currit præſcriptio l. prima in fin. de anna. except. & ſic pro futuris non eſt inchoata præſcriptio: ſed pro præteritis ſic ſed non eſt completa niſi pro illa prima: quæ etiam debuit fieri iam ſunt anni xxx. de quo per Barto. in l. de pupillo. §. ſi plurium. de oper. no. nun. & tangitur in Spec. de locato. §. nunc aliqua. verſi. xxxij. & per Cy. in d. §. fi. nam interdũ obligatio annua eſt principalis, non reſpectiua reſpectu alterius oblig. & procedit quod dixi. Interdum non eſt principalis, ſed reſpectiua: puta præſtatio vſurarum propter obligationem ſortis, ſtando per xxx. annos quòd non petam ſortem: nec tu ſoluas vſuras & ſic non recognoſcis debitum, præſcribis obligationi ſortis:quæ eſt principalis & in conſequentiam annuæ obligationi vſurarũ: tam pro omnibus præteritis quam pro futuris annis:vt l. eos. in prin. j. de vſur. & ita loquitur iſte tex. & ſic nõ facit cõtra Mar. cuius opi. loquitur & debet intelligi in annua præſtatione non reſpectiua ad aliam principaliorem: ſed æquè principalem vt ſi ex cauſa donationis re obligaſti mihi ad dãdum quolibet anno decem.
7 †In ea. gl. ibi: [Itẽ arg. huius l.] Ad euidentiã huius q̃ſtionis pręmitte q; conductor contra locatorem quouſq; tenet, tanquã conductor nunquam præſcribit:quia non poſsidet, ſed detinet:poſſeſsio enim tam ciuilis quã etiam naturalis eſt penes locatorem qui retinet ciuilem animo ſuo, & naturalem corpore conductoris:ſine poſſeſsione verò præſcriptio non procedit:vt in regula iuris ſine poſſeſsione. & contra poſsidentem non currit præſcriptio:etiam ſi ciuiliter tantum poſsidet:vt no. per gl. in l. j. j. de ſeruis fug. in fi. magnæ glo. & in l. malè agitur j. de præſcript. xxx. an. modò quidam dixerunt q; videtur tenere tanquam conductor quando ſoluit penſionem:ſi autem ceſſat ſoluere, videtur tenere ſuo nomine:quia non cognoſcit locatorem:& ſic priuat locatorem poſſeſsione:& etiam ſibi appropriat:& extunc incipit præſcribere contra dominum:& pro hoc allegant iſtum tex. dum loquitur de conductore, qui tenebatur annuatim ad certam partem redituũ loco penſionis; & vult q; ſi ceſſauit per xxx. annos vel non poteſt apparere q; ſoluerit:& ſic dñs recognouerit, poterat allegare pœnitentiam rei:ideo dño prouideĩ per hãc l. vt poſſit probare recognitionẽ debiti, & q; non tenuit ſuo nomine ſed locatoris. Breuiter glo. tenet contrarium:quod poſtquam ſemel conduxit, ſemper videtur retinere tanquam conductor: & ſic non præſcribat, quantuncumque gerat contrarium in animo ſuo, quia non poteſt ſibi mutare cauſam poſsidendi: & de non poſſeſſore ſed de detentore facere ſe poſſeſſorẽ, nec ſpoliare dñm poſſeſsione: vt in l. cum nemo. j. de acqui. poſ. Sed ſi dominus petijſſet penſionem, & ille non ſoluiſſet, extũc videreĩ interuertiſſe poſſeſsionẽ, & dñm poſſeſsiõe priuaſſe:vt in l. colonus. & l. cũ fundũ. ff. de vi & vi arma. quia tunc ſolo animo mutat cauſam poſsidendi: ſed interueniente actu, & contradictione ſua: & ſi ex tunc ✱ de iure ciuili poteſt incipere præſcribere, licet non de iure canonico; quia eſt malæfidei:ſed ✱ de iure ciuili malafides non impedit præſcriptionem xxx. ann. nec obſt. iſte text. quia debet intelligi quando locator non poterat oſtendere ſolutiones redituũ annuatim factas: nec etiam contractum locationis: vnde conductor dicebat ſe nunquam conduxiſſe, ſed proprio nomine poſſediſſe: ideo faciebat vacillare ius domini. Sed poſito quod non poſsit probare ſolutiões redituũ: ſi tamẽ põt pbare locationẽ factã ſemel: & ſic eum cœpiſſe poſsidere nomine cõductoris, alio nõ oſtenſo præſumitur ſemper eodem modo poſſediſſe quo incœpit:& hoc vult text. in fi. q; locator ſibi non præiudicet, licet non vtatur cautione de qua hic ſupple dummodo poſsit probare locationẽ, licet non
8 ſolutiones. †Poſtremò vide quod not. Cy. in l. competit. in fi. j. de præſcript. xxx. anno. qui quærit quid ſi colonus, vel inquilinus, vel emphyteuta ſoluit longo tpe: & in hoc differt ab iſta l. quæ loquiĩ quãdo nõ ſoluit:ſed ſoluere ceſſauit: poſtea videns dñs nõ poſſe oſtendere locationẽ, vel cõceſsionem in emphyteuſim negat ſe in futurum velle ſoluere:aſſerens ſe non recognoſcere ab eo, & indebitè ſoluiſſe, niſi oſtendatur cauſa: & ſic quæritur econuerſo ad caſum præcedentem:ſi dñs põt oſtendere ſolutionem, & nõ cõceſsionem vel locationẽ, an ille poſsit ſe aduerſus dñm defendere:& tenet quod non:ſi ſoluit per longum tpſ quod ſpatio x. annorũ. per tex. expreſſum in l. litibus. j. de agri. & cẽ. li. xj. debet eñ in ſua quaſi poſſeſsione annuæ pſtatiõis defendi dñs:vt in c. q̃relã. extrà de elec. Sed aduerte: qa hac rõne anno
a nõ ſolũ ſi per longũ tp̃s,* ſed etiã ſi minori tpe ſoluiſſem, deberet dñs in quaſi poſſeſsiõe:qa nõ deberet de facto priuari:vt in d. querelã. Rñdeĩ, & tene mẽti, ſi ille ſoluit per longũ tp̃s, defendendus eſt dñs in ſua quaſi poſſeſsiõe:quouſq; ſoluẽs pbet ſe nõ teneri ad ſoluẽdũ, & rẽ eſſe ſuã iure directi dñij: ſic intelligo. l. litibus. Sed ſi ſoluit minori tpe, defendẽdus nõ eſt dñs in ſua quaſi poſſeſsiõe:quouſq; in iudicio pprietatis doceat de iure ſuo quia præſumiĩ in illo iudicio potius pro poſſeſſore quàm pro ipſo: quia iſta ſit quædã ſpecies ſeruitutis:& quælibet res præſumitur libera:niſi pbetur cõtrariũ:licet dñs ſit in quaſi poſſeſsiõe huius ſeruitutis. iuxta ea quæ no. in l. ſicuti. §. ſed ſi quæraĩ. ff. ſi ſer. ven. & quod dixi ſ. eo. l. ſi ſolẽnibus. de facto aũt non debet ſpoliari in quaſi poſſeſsione. Tene menti:quia hoc non tãgit Cyn. nec alij. Econuerſo ſi aliquis ſoluit longo vel longiſsimo tẽpore tanquam emphyteuta, & eſt paratus velle ſoluere in futurum dño, dñs dicit ſe nunquã illi conceſsiſſe in emphyteuſim, & ſic non vult recipere ſolutionẽ:niſi oſtendat conceſsionem, & vult de re diſponere ad ſenſum ſuum pleno iure:ille aũt ſoluẽs non poſsit oſtendere conceſsionem, & dicit ſe præſcripſiſſe ius emphyteuticum

per lõgiſsimũ tp̃s ſic ſoluẽdo:an hoc poſsit dicere? videt̃ q̃ non: quia ſic aſſerendo aſſerit dñm poſſediſſe ciuiliter, & ſe natura liter tñ:quia emphyteuta & feudatarius non habent niſi natura lẽ & dñs ciuilẽ:iuxta no.in c.j.de cap.cor.in vſi.feu. Poſſeſsio verò naturalis nõ ſufficit ad p̃ſcribẽdũ:vt in l.acquirit̃.in fi.de acquir.re.do.& cõtra ciuiliter poſsidentẽ nõ præſcribit̃.per gl. quæ eſt in l.j.j.de ſer.fugi.Breuiter cõtrariũ determinat gl.ordi.j. de iure empt.l.ij.in fi.gl.magnæ,quæ eſt ſuper verbo repellere. ibi: dum dicit.Item quid ſi aliquis nõ emphyteuta poſsidẽs fundum pro quo lx.annis ſoluit penſionẽ,deijciat̃ nunc? quæ tenet q̃ præſumitur emphyteuta ꝓpter tam longã ſolutionẽ:vel dic & preſcripſit ius emphyteuticũ:vt eſt tex.in c.j.§.ſi quis per xxx.annos. ſi de feu.fue.cõtro.hoc etiã idẽ videt̃ Dy.aliàs Cyn.in l.indicia.ſ.rei ven.Nec ob.rationes ſuperius allegatæ in contrariũ:quia verum eſt q̃ ſolùm naturalis poſſeſsio nõ ſufficit ad præſcribendũ dñium directũ:ſed bene ſufficit qđ præſcribit vtile: qm̃ illi dñio appropriat̃:& hoc voluit Bar.in l.j.ff.de acqui.poſ.in prin.in art. de naturali poſſeſsione:& ſimiliter aduerſus poſsidentem ciuiliter non currit præſcriptio ſuper directo dominio:ſed ſuper vtili ſic. Tene menti:quia iſta ſunt vtilia & ſubtilia:ex quibus remanet iſta lex bene declarata.

*1 Duo genera ſcripturarum,ex quibus poteſt fieri comparatio: & ex quibus alijs ſcripturis fiat comparatio?*
*3 Quando deueniatur ad comparationem ſcripturæ, & quando non debeat fieri,uel nõ ſit neceſſaria?*
*4 Scriptura de manu debitoris quot teſtes requirat, & an debeant eſſe præſentes, & uiderint eam ſcribi à debitore: & an debeant ſe ſubſcribere?*
*5 Ad probandum ueritatem debiti quando & qualiter ſufficiant duo teſtes, & quãdo requirantur tres, & quando quatuor uel quinque?*
*6 In libro rationum qui conſueuit eſſe penes debitorem, an ſufficiat ſola comparatio ſine teſtibus?*
*7 Scriptura ex qua fit comparatio,ſi eſt priuata,requirit ſubſcriptionem trium teſtium & an ſufficiat q̃ duo ex tribus deponant de ſubſcriptione omnium trium?*
*Quid in ſcriptura,ad quam probandum fit comparatio?*
*8 Interuentus trium teſtium poteſt probari per duos.*
*9 Si produco contra te ſcripturam priuatam continentem aliquid contra me, non prodeſt mihi ad probandum aliquid pro me: ſicut ſi nihil contineret contra me.*
*10 Iudex poteſt committere comparationem peritis:ut notarijs: & an ipſemet Iudex debeat eam facere?*
*11 Quòd iſti commiſſarij teneantur iurare,licet non referant uel deponant tanquam teſtes:ſed potius tanquam in arte periti: & de eo quod percipiunt iudicio intellectus potius quàm ſenſu corporeo: & iurant de credulitate.*
*12 Quòd iſti poſſint reprobari,ſicut alij teſtes: & quod per eos factum eſt poteſt per iudicem emendari.*
*Qui petit comparationem fieri,debet præſtare iuramentum quòd non petit calumnioſè & q̃ nullo alio modo poteſt probare ſuam intentionem.*
*Quid in illo contra quem petitur fieri comparatio, & an poſſint iſta iuramẽta omittit*
*14 Comparatio,an non poſſit fieri niſi ex generibus ſcripturarum hic contentarum?*

## LEX XIX.

a COmparationes.[a] Materia huius l.eſt valde intricata:& ꝓpter hoc reputat̃ difficilis:& difficultas ꝓuenit ex teſtibus q̃ habent̃ in aut̃.de inſtru.caut.& fide. vnde ſumunt̃ duæ aut̃.hic poſitæ.ſ.aut̃.ad hæc.& aut̃.At ſi cõtractus. & aliæ q̃ ponunt ſ.ſi cer.pet.aut̃.ſed nouo iure.& j.qui pot.in pig.hab.aut̃.ſi quis vult caute deponere.ſuper l.ſcripturas.nam text.illi in corpore ſunt ita inepti q̃ vix pñt intelligi,niſi gl.aliter declarẽt diuidendo:& in gl.in d.aut̃.ſ.ſi cer.pet.& in vltima gl.mag.in corpore vnde ſumit̃ melius & clarius tradit quã hic tradat glo.in aut̃. at ſi cõtractus.Et hoc dicit iſta lex.quæ debet legi ſimul cũ aut̃.

1 quia veniũt,ſuppletiuè.& ita legit Bar.† Scriptura de qua fit cõparatio literarũ,debet eſſe vel priuata & approbata,vel forenſis ſ.facta corã iudice,vel publica.& illi quibus eſt cõmiſſa cõparatio,debẽt ſolẽniter iurare de faciẽdo ipſam videri fideliter: poſtpoſita affectione,vel cauſa lucri,vel inimicitiæ. Qua cõparatione facta & approbata,ſcriptura facit plenã fidẽ abſq; alijs adminiculis.h.d.in effectu iſta lex. † & p̃ aut̃.ad hæc.addunt̃ alia duo

2 gñã ſcripturarũ,ex quibus põt fieri cõparatio.ſ.de ſcriptura quę producitur per partem aduerſam,& de ſumpta ex archiuo pu-

b blico.[b] & ſic ſunt quinq; genera:quorum tria ponuntur in hac l. cõparatiões.& duo in aut̃.ad hęc.ſed p̃ aut̃.at ſi cõtractus.q̃ loquitur de ſcriptura,ad quam probandam fit comparatio. & in hoc differt à l.Codicis.qui loquitur de ſcriptura, ex qua vel de qua fit cõparatio.corrigitur l.cõparationes.inquantũ vult quod ſoli cõparationi ſtetur,ſi fuerit ſcriptura approbata per cõparationem:& vult q̃ nõ ſtetur ſoli comparationi.ſed aliud arg. requiratur ad probationem ſcripturæ quæ negatur,& pro qua probanda fit comparatio:& arg.cõſiſtit in hoc ( vt habetur in corpore ) vt deponãt ſe vidiſſe ſcribi illam ſcripturam per talem cuius eſſe dicit̃:licet per partẽ aduerſam negetur:& licet nihil deponant de veritate facti:quia non fuerunt præſentes tempore contractus:ſed viderunt eam ſcribi:nec curatur an ipſi ſint deſcripti in illa ſcriptura,vel non:licet in ſcriptura ex qua fit cõparatio,ſi eſt priuata,debeãt eſſe deſcripti ſeu ſubſcripti propria manu ipſorum,ad hoc vt illa ſcriptura ſufficiat ad comparationem:vt hic in tex.ibi.[niſi trium teſtiũ habuerint ſubſcri.&c.] Et iſta lex primò ponit procemium vſque ibi.[Ideoq;.] Secũdò Secundò ponit ſtatutũ vſq; ibi.[omnes autẽ]. Tertiò ponit modum tenẽdi in cõparatione,& extẽdit & limitat quod ſuprà dictum eſt. Poteſt autem hic poni caſus duobus modis.Primò qđ producebam contra te ſcripturam priuatam , quam dicebã eſſe ſcriptam manu tua,vel patris tui,cui ſucceſsiſti,in qua continetur te vel ipſum eſſe vel fuiſſe debitorem meum ex iuſta cauſa in c.Tu negabas eſſe ſcriptã manu tua,vel patris tui,& ſic oportet me hoc probare:probatio autem fiebat & fit per comparationem literarum,vnde producebam aliam ſcripturam priuatam: quam ſimiliter dicebam eſſe ſcriptam manu tua , vel patris tui, ad quam petebam fieri comparationem:tu ſimiliter illam negabas:certè ante hanc l.ſufficiebat mihi fortè probare etiã per vnũ teſtem quòd iſta ſecũda erat ſcripta manu tua,vel patris tui : ſed ex hoc dabatur materia falſitatis:ideo ſtatuitur q̃ nec hæc ſecunda ſufficiebat poſtquam negatur:niſi habeat ſubſcriptionem teſtium trium, qui recognoſcant ſuas ſubſcriptiones : vel omnes tres,vel ſaltem duo:vel ſi omnes ſunt mortui,vel abſentes,quòd fiat comparatio de ſubſcriptionibus eorum ad alias ſcripturas eorundem:de quibus conſtet,& aliter non ſufficiat:etiam ſi iſta ſecunda aliquid contineat contra me : puta quòd teneor tibi in decem:nam non propterea ſufficit ad dandum robur primæ parti negatę,in qua continetur quòd tu es debitor meus in centum. Item ad comparationem fiẽdam poſſum producere ſcripturam forenſem id eſt,iudicialem factam manu tua, vel patris tui : non in forma publica:& ſic licet largo modo ſit publica, propter authoritatem iudicis : ſtrictè tamen ſumendo non eſt publica: quia deficit forma: etiam ſi tu , vel pater tuus eratis notarij deputati ad banchum: vnde nec requiritur quòd iſta habeat ſubſcriptionem trium teſtium : ſed ſufficit quòd ſit forenſis : propter authoritatem iudicis: potuiſtis etiam facere dictam ſcripturam , etiam ſi non eratis notarij , ex commiſsione iudicis:vt in capitulo quoniam contra falſam.de probatio. Poſſum etiam inducere aliam ſcripturam publicam , ſi erat notarius:vel pater tuus , & produco inſtrumentum factum manu tua , vel patris tui : ad probandum primam ſcripturam priuatam non habentem formam : etiam ſi teſtes dicti inſtrumenti non deponant pro inſtrumento:& in hoc differt à prima ſcriptura priuata ; in qua teſtes tres debent eſſe deſcripti: & pro ſubſcriptionibus teſtificari: ſed in publica non requiritur quod ſint deſcripti: ſed ſufficit quod fiat de ipſis mentio:nec requirit̃ quod ſint tres: ſed ſufficiunt duo.Secundus caſus:quod produxi contra inſtrumentum publicum ſcriptum manu Titij notarij:tu negabas eſſe ſcriptum manu illius, confitebaris tamen illum eſſe notarium producere poſſum aliam ſcripturam etiam priuatam, ad probationem huius:quam dicam eſſe ſcriptam manu eiuſdem Titij: dummodo habeat ſubſcriptiones trium teſtium pro ipſa deponentium : vel aliam ſcripturam eiuſdem notarij factam in iudicio : licet non in forma publica : vel aliud inſtrumentum in forma publica , de qua conſtet : & hoc quando Titius notarius non viuit:ſi enim viueret , ſufficeret teſtimonium ipſius , ſi interrogatus diceret inſtrumentum quod primò produxi , fore de manu ſua,vt in l.ſi quis decurio.j.de fal.& in authen. eodem titulo.§.ſi verò moriantur:vel etiam ſi extarent teſtes:de quibus fit mentio in inſtrumento primo loco producto , ſufficeret teſtimonium eorum , ad probandam veritatem ſcripturæ ſine alia comparatione : tunc enim venitur ad comparationem

a ¶Comparatiões.De materia iſti l. vid p̃ Dy.Bart.& Sal.in l.vẽditor.ff.de iud.Hoſtien.in ſumma ti.de fi.iſtr.in ſ.iij.& Spe. tit.de ꝓbat.in ſ.fina. ver.ſed inſtrumentorum.

b ¶Ex archiuo publico.Adde Doc.in c.ij. de fide inſtru. extrà.

a. ¶Librã auri. Quod ducati faciãt libram. vide Bar.ſ l.quoties. C. de ſuſce. & arca. li.x.Cy.in l.pe.C.de dona.Bald.in l.fi.C. cõmu. de leg.& in l. quicũq.C.de ſer.fu. gloſſ.in c.ij. de male. glo.& doct.in c.fi.de deci.Io. and. in addi. Spec.in tit. de inſtru. edit.in §. porrò. in fi. Pau.de caſ. in l. fi.C. cõmu.de leg. Alexã. de imo.cõſi.iiij.inci. Circa primũ quæſitum.in j.volu.

iſto caſu,quando nec extat notarius,nec diſcipulus eius:cui fortè notarius cõmiſerat.
nec etiã teſtes.& tunc talis cõparatio faciebat plenã fidem:ſi per hoc ſecundũ approbat
approbaẽ primũ.hodie remittiẽ in arbitrio iudicis,vt vel faciat plenã.vt hic in glo. ſuper verbo[teſtium.]vel qualemqualẽ fidẽ.
i.ſemiplenã.vt in gl.quæ eſt in auẽ.at ſi contractus.circa princ.ibi. hodie verò &c. Per
3 tex.aũt allegatos in gl.† Debes aũt ſcire,altius exordiẽdo materiã,& incipiẽdo à ſubſtantialibus,ꝙ ad comparationẽ ſcripturæ
tunc deueniẽ quãdo ille contra quem producitur,negat debitum ſeu contractum:&
etiam negat ſcripturam eſſe de manu illius
cuius aſſeritur eſſe:& quando illa ſcriptura eſt talis quòd ſi eſſet
manu illius cuius eſſe aſſeritur,faceret plenam probationem: &
ſufficeret ad condẽnationem:aliàs ſecus. vnde ſi producerẽ ſcripturã,quã dicerem eſſe ſcriptã manu tua, in qua cõtinereẽ te eſſe debitorẽ meũ in centũ,& non exprimereẽ cauſa ſufficiẽs,non
fieret cõparatio,ſi negas eſſe ſcriptã manu tua qa etiã ſi cõfiteris
poſtquã nõ habet cauſam,nõ ꝓdeſt qa confeſsio tua ſine cauſa
non valet l.cũ de indebito.in fi.de proba.ff.& l.ij.§.circa. de doli
excep.Itẽ ſi producerẽ inſtrm nõ ſolenne : qa deficeret aliquod
de ſubſtantialibus,ſimiliter nõ fieret cõparatio , ſi negas ſcripturam manu illius notarij:quia etiã ſi cõfiteris non probare intentionẽ meã,nõ valeat. Itẽ ſi confiteris debitũ , & etiã ſcripturam,
nõ fit cõparatio;quia eſſet ſuperflua. Idẽ ſi debitũ & non ſcripturam.Idem ſi ſcripturã,& nõ debitũ.etiã ſi nullam cõtineat ſolennitatem:quia ſcripturæ tuæ ſtatur cõtra te , ſi cõtinet legitimam
cauſam:etiã ſi nullos teſtes habeat.vt l.generaliter. infrà de non
nu.pec.& iſte eſt caſus ſecundũ verum intellectum in l.ſcripturas.infrà qui po.in pig.ha.in prima parte ipſius l.quæ vult vt ſtetur tali ſcripturæ confeſſatæ:etiã ſi nullos teſtes habeat & etiam
ſine alia comparatione in pręiudicium hæredum tuorum ſed in
pręiudicium alterius,puta creditoris tui,non ſtatur : niſi habeat
ſubſcriptionem trium teſtium : & tunc ſtatur : etiam ſi illi teſtes
nõ examineñ:poſtquã tu eã cõfiteris:etiã in pręiudiciũ tertij habentis publicũ inſtrumẽtũ,et ſic ſi cõtinet diẽ anteriorẽ,facit me
pręferri creditori habẽti inſtrumẽtũ publicũ cũ die poſteriori vt
ibi eſt caſus et hoc caſu loquiẽ quod vulgariter dicitur ſcriptura
priuata,ſi ſit trino teſte notata hic vis eſt nata ꝙ ſcriptura publicè facta quando verò negas debitum,& etiam ſcripturã , quam
produco fore de manu illius cuius eſſe aſſero:quo caſu loquuntur iſti tex.ſi haberem teſtes qui fuiſſent præſentes tẽpore cõtractus,& deponerent de veritate debiti,adhuc comparatio non eſ
4 ſet neceſſaria:nec tunc loquuntur iſti tex. † Sed contingit interdum ꝙ contractus fit ſine teſtibus:quia creditor confidit de debitore poſtea incipiẽs dubitare petit à debitore quòd faciat ſibi
vnam ſcripturam de manu ſua , & debitor eam facit : quicquid
olim eſſet,hodie Imperator conſulit creditori ꝙ de ipſa non confidat:quia debitor poterit eam negare , & creditor habebit difficultatem probandi ꝙ ſit de manu ſua: vnde conſulit Imperator
quòd aduocet ad ſe teſtes,qui videant illam ſcribi à debitore.&
poſsint deponere de hoc:nec expedit quòd iſti teſtes ſe ſubſcribant:dummodo de hoc deponant: ſed melius eſſet quod ſe ſubſcriberent & dicit text.ꝙ debeant eſſe tres : & non pauciores in
5 auth.ſi quis cautè deponere.j.qui po.in pig.habe.† Aduertendũ
autem quòd ad probãdum veritatem debiti interdum ſufficiũt
duo teſtes,ſcilicet de iure antiquo indiſtinctè. vt in l. vbi numerus.ff.de teſti.& de iure.C. ſi debitum non tranſcendebat quinquaginta libras auri & de iure auẽ.ſi nõ tranſcendit libram auri,
interdũ requiruñ tres.vt de iure. C. ſi tranſcendit.l. libras auri:
& tũc etiam requiritur ſubſcriptio eorum in inſtrõ publico , vel
priuato.vt in l.fi.§.ſi certum pet.& de iure auẽ.qñ tranſcendit libram auri,& non cõcurrunt quatuor de quibus ſtatim dicã:ſed
aliquid eorũ deficit,interdũ requiruntur.v.qñ quatuor concur
a runt.ſ.ꝙ tranſcendat libram auri, ª & quòd fiat in ciuitate & ꝙ
fiat in ſcriptis.& ꝙ ab imperitis literarum , vel parum peritis.vt
in auẽ.ſed nouo iure poſita ſuper d.l.fi.§.ſi cer.pet. & in corpore
vnde ſumitur.de inſtru.caute.& fide.& tangitur per glo.in auẽ.
at ſi contractus quæ ſuppletur per illam auẽ.ſed nouo iure.dum

dicitur adſit arg.j.teſtificatio teſtium:quia ſi quęritur quot requirantur,vt deponant ſe vidiſſe ſcribi:dicendum eſt ( vt ſuprà dixi)ꝙ aliqñ duo,aliqñ tres.aliqñ v.ſicut requirerentur ad probandum veritatẽ ſi fuiſſent præſentes tpe cõtractus:& tũc dicta ſcriptura priuata ſit roborata per teſtificatiões teſtium,qui viderint
eam ſcribi:& etiã per comparationem literarum facit plenam fidem:ſed alterũ ipſorũ.ſ.teſtificatio teſtiũ,vel ſola comparatio nõ
